Fragmentarium

tus. sur hoc. Ideo ut discipulos mitteret in timorem. ut suum
auxilium postularent. suamque potentiam rogantibus manifesta
ret. xi. Illa tempestas non ex se exorta est, sed potestati paruit
imperantis. eius qui educit uentos de thesauris suis. qui ter
minum mari harenam constituit. Dixitque ei. Usque huc uenies.
et non supergredieris. et in te ipso confringentur fluctus tui. Huius
ergo iussione et precepto orta est tempestas in mari. Expte occasio
nes supramemoratas facta est tempestas magna et non pusilla.
ut magnum opus et non pusillum ostenderetur. xii. Quantoque
fluctus nauicule irruebant. tanto magis timor discipulos
conturbabat. ut magis desiderarent ad liberandum se mi
rabilia saluatoris. Dominus uero dormiebat. Res mirabilis et
stupenda. Ille qui numquam obdormit neque dormitat.
ipse dormire dicitur. Dormiebat quidem corpore. sed uigilabat
diuinitate. Dormiebat corpore. sed conturbabat mare. erigebatque
fluctus et apostolos conterrebat suam ostensurus potentiam.

A. ASCENDENTE IESU In nauiculam. ANTIPH.
ecce motus magnus factus est in mari et suscitauerunt eum
discipuli eius dicentes domine salua nos perimus.

A. Domine salua nos perimus impera et fac deus tranquillitatem magnam
porro homines cum uidissent quod fecerat signum dicebant qualis est
hic quia uentis imperat et mari et obediunt ei. A. Surgens iesus impe
rauit uentis et mari et facta est tranquillitas magna et mirati sunt

License: cc-by-nc – Linz, Oberösterreichisches Landesarchiv, Buchdeckelfunde III, Schachtell 5, Mappe 3h/2, SpBudeS05M0303h_2r – Breviarium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-hr1l/2522/28947)